

omnibus dicitur, quaecumque sunt aut excogitari possunt, ut *ens*.

Idea distincta illa est quae clare exhibet notas quibus res aliqua constituitur et ab aliis secernitur. Ita distincta erit mihi idea iustitiae, si sciam notas quibus in sua specifica natura constituitur, videlicet quod sit *firma atque constans voluntas reddendi unicuique quod suum est*.

Idae identicae sunt illae quae unam eandemque rem, sub diversis licet formis, exprimunt. Ita *idea homo et animal rationale*.

Idae sociabiles sunt quae in uno eodemque subjecto convenire possunt, ut *iustitia et misericordia*.

Idae insociabiles — quae simpli in uno eodemque subjecto stare non possunt. Ita *materia et cogitatio, rotunditas et quadratura*.

Perceptio seu simplex mentis apprehensio. Cognitio quae quid sit res aliqua scimus; ut cum *hominem* concipio quin aliquid affirmem vel negem de illo.

Extensio ideae. Amplitudo ideae in pluribus vel paucioribus individuis representandis. Idem *homo* v. gr. extensione sua omnes individuos humanos complectitur.

Comprehensio ideae. Complexio notarum quae id iam constituent. Ita *idea homo*, ratione comprehensionis suae, *animalitatem* et *rationalitatem* complectitur, quae sunt notae hominis essentielles.

Abstractio. Mentis actus quo ex variis notis quae in objecto sunt, unam consideramus separatim. Ita in homine singulari intelligimus, abstractionis operam, humanam naturam, quin consideremus notas ejus individuanes.

TRANSCENDENTIALIA. Transcendentalia quinque sunt:
Ens, verum, bonum, aliquid et unum Aliquid est ens